



**DN. DVRANDI|| à Sancto Portiano, in Senten=||tias
Theologicas Petri Lombardi|| Commentariorum libri||
quatuor.||**

Durandus <de Sancto Porciano>

Antverpiæ, 1567

Quæstio prima. Vtrum peccata proximorum parentum sint vel redundant
in filios.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72607](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-72607)

Magistri Durandi de

& hoc apparet ex. v. Phy. vbi dicitur q̄ propria cōparatio secundum magis & minus est eorū qua participant vñā formā secundum speciē, sed secundū alium gradū, sed si in animabus est inæqualitas quo ad essentias secundum perfectius & imperfectius, nobilius & ignobilius, inæqualitas talis est in eadē specie, & secundum intentionē, quia in formis excepta quantitate non est alius gradus, nisi secundum intentionē, ergo secundū formas substantiales est dare magis & minus, & sic vñus ignis diceretur magis ignis q̄ alius, & vñus homo magis homo q̄am alius, quod nullus dicit. & est contra Philosopham in prædicationis: & vñicunq̄ legitur de hac materia.

9 Secundo quia in formis substantialibus si ester talis gradus, hoc est vel ex parte subiecti, vel ex parte agētis, vel ex parte dispositionū p̄cedentī, vel concomitantū introductionē forma substantialis in materia: nō ex parte subiecti, quia materia in qua immediatē recipit forma substantialis cuiuscunq; rei generabilis & corruptibilis, non habet gradus inæqualitatis, ratione quā posuit esse inæqualitas in formis. Nec ex parte agentis, quia diuersitas agentis vel est secundum speciem, vel secundum numerum. Si secundum speciem illa per se non caufaret diuersitatem nisi secundum speciem, & nō secundum magis & minus in eadem specie, de qua nunc querimus. Si vero diuersitas agentis est solum secundum numerum, vel illa agentia esent æqualia, & sic non caufarent nisi æquales effectus, vel essent inæqualia & differentia secundum magis & minus, & tunc querendum est de causa istius differentia, quia vel est ex parte subiecti, vel ex parte agentis, vel dispositionum, sicut prius, & procedere: tur in infinitum, quod est inconveniens.

10 Nec ex diuersitate dispositionū, ex qua tamē tenet res oppositū, sumunt probabilitus argumentū, dicentes q̄ actus actiūorum sunt in paciente & dispositō, propter quod cūn materia plus & minus disponatur, recipitur in ea forma perfectior, vel imperfectior. Vnde in corpore melius disposito recipitur anima nobilior, & in corpore minus disposito recipitur ignobilior. Ifud autē nō vallet: quia si ex parte dispositionum est inæqualitas formarum substantialium non minus, imo magis est ex parte dispositionum existentium in materia cūn forma, quam ex parte dispositionum p̄cedentī introductionē forme, quia illa corrumpuntur in aduentu forme sicut earum subiectum. Nunc est ita, q̄ ex parte dispositionum concomitantum formam in materia, nō potest argui ali qua inæqualitas formarū substantialium. Alioquin cūn in eodem supposito pro alio & alio tempore sint dispositiones inæqualis, sequeretur q̄ alio & alio tempore forma substantialis est nobilior & ignobilior, quod est absurdum, ergo ex parte dispositionum nō potest argui talis inæqualitas formarum. Item dispositiones materiæ nō redundant in formam que nō educitur de potentia materiæ, nisi forte quantum ad operationes in quibus indiget materia seu corpore. Sed anima humana ponitur esse talis forma qua non dependet quantum ad esse à corpore, nec educitur de potentia materiæ, quanvis dependet ea à corpore, quantum ad aliquas operationes sensitivas & vegetativas, & quantā ad intellectuā, prout vñit cor ēre ut obiecto: ergo ex diuersitate dispositionum materiæ vel corporis potest solum argui diuersitas animalium quantum ad prædictas operationes, & non quantum ad essentias.

11 Ad primū argumentū dicendū q̄ diuersitas operationi intellectus est ex diuersitate corporis. Et cā dicitur q̄ nō, quia phantasias eodē modo disposita in diuersis, &c. vñus intelligit melius altero. Dicendū q̄ phantasias eodem modo disposita in diuersis dispositione innata, & dispositione acquisita per exercitiū & doctrinā, & studiū, ex quibus generatur in virib⁹ sensitivis apprehensivi habitus, licet ille habitus propriō nō dicatur virtus & presentatio eodē obiecto, non est probabile q̄ vñus melius intelligat illud obiectū q̄ alius. Et si quis dicat oppositū cum nō probetur eadem facilitate contemnitur, quia dicitur.

12 Ad secundum scilicet argumentū patet responsio ex supradictis.

Sententia huius distinctionis. XXIII.

in generali & speciali.

Sancto Porciāno

P̄dictis ad id videtur. Superius determinauit Magister de peccati originalis traductione & remissione. Hic determinat de eius aggrauatione & vnitate, & multitudine. Et diuiditur in duas. Primo inquirit vñrum peccatum proximorum parentum imputetur parvulis quo ad culpam. Secundo vñrum quod penam. Secunda ibi, Et licet parvitis peccatum. Primo diuiditur in tres. Primo inquirit de peccati originalis vnitate, opponēdo ad vñram que partē, & veritatem determinando. Secundo inquirit de peccati primi parentis grauitate. Tertio de eius remissione. Secunda ibi, Hic queri solet vñrum peccatum. Tertia ibi, Si vero queritur an illud peccatum. Et hæc est sententia & divisio lectionis in generali.

2 IN Speciali sic procedit, & querit primo, vñrum peccatum aliquorum parentum, vel omnī imputetur parvulis, sicut peccatum primi parentis. Et probat primo q̄ sic, scilicet quod eis imputetur peccata proximorum parentum, sā generatione per autoritates Aug. ex verbo Exodi, vbi dicitur q̄ Deus visitat peccata parentum in filios, & sic plura peccata poterunt contrahere ab origine. Item probat hoc, quia peccatum originale in scriptura pluraliter significatur, Psal. Ecce enim in iniquitatibus concepimus sum, & in peccatis. Item ex multitudine peccatorum Adæ, quia plura peccata fuerunt in peccato Adæ, quia omnia transferunt, & quia parentum proximorum peccata parvulis imputantur. In contrarium arguit, quia sic sequeretur q̄ parvulū pena nō est misericordia, quia non habent nisi originale, cuius contrarium dicit Aug. Et quia Aug. videtur dicere q̄ plura peccata sint ab origine, offendit Magister quod Aug. super hoc indeterminate fuit locutus. Et subdit quod hoc non obstat: quia peccatum originale in sacra scriptura pluraliter nominatur, ut ibi: Ecce enim in iniquitatibus, &c. quia ibi ponitur plura pro singulari, sicut econuerso: aliquando ponitur singulare pro plurali, ut declarat per exempla. Postea querit, vñrum peccatum Adæ fuerit grauius cateris peccatis. Et ostendit q̄ quibusdam vñsum est grauius esse, eo quid maius documentum ex eo prouenit, quia in eo bona naturalis corrumpuntur, quia in eo sicut in principio cōsiderabat tota natura. Postea querit, vñrum istud peccatum Adæ fuerit dimissum. Et respōdet quod sic, per penitentiam, non tamen propter hoc paradisum corporalem recuperavit. Ultimo querit, cūm peccata parentum, excepto primo parente, non redundent in filios, secundū illud, filii non portabit iniquitatem patris, quomodo est verum illud, quod scriptura dicit, quod peccata parentum visitantur in filios vñq; ad tertiam & quartam generationem. Et respondet q̄ illud intelligitur de filiis qui imitantur peccata parentum, qui puniuntur non pro peccatis parentum, sed pro peccatis propriis, in quibus imitari sunt malitia parentum. Et ideo facit mentionem de tercia & quarta generatione, quia vñq; ad illam generationē confuerunt filii parentes videre, & eorum malitia imitari. Et tangit etiam mysticam expositionem, quā patet in litera.

Q Y A E S T I O . PRIMA.
Vñrum peccata proximorum parentum
reducent in filios.

Tho. 1.2. q. 81. ar. 2. & q. 87. ar. 2.

Circa distinctionem istam primo queritur, vñrum peccata proximorum parentum redundant in filios. Et videtur quod sic, quia in habitibus symbolum facilius est transitus (vt dicitur primo de generatione.) Sed maior est conuenientia prolis ad patrem proximum, quā ad remotum, cūm ergo peccatum parentum proximorum redundet in filios, videtur q̄ peccata proximorum parentum redundant in eos.

Item peccatum Adæ transit in nos, quia in ipso eramus dum peccauit, sed eodem modo sumus in proximis parentibus antequam generemur, sicut in Adam fuimus, ergo &c.

3 IN CONTRARIUM est, quia qui non potest transfundere iustitiam, nec culpam. Sed proximus pater non potest transfundere iustitiam, ergo nec culpam.

4 R.E.

Lib. II. Distinctio. XXXIII.

3. RESPONSO. Ex titulo questionis, & ex argumentis factis ad virtutem partem clare patet quod questionis ista nullo modo querit de Adam, utrum ab ipso transferat in nos aliquid peccatum. de hoc enim in precedentibus questionibus satis dictum est, sed intelligitur haec questione solum de peccatis proximorum parentum, & omnium aliorum ab Adam quantumcumque remotorum virum redundent in posteris.

5. Ad quod dicendum quod peccata parentum redundare in filios potest intelligi duplicitate, scilicet quod culpam vel quoad ponam, si quoad culpam adhuc duplicitate, vel quod ad culpam actualiter, vel quoad culpam originalem, si quo ad culpam actualiter, sic peccatum cuiuscunque parentis, etiam Adam non transit in filium, nisi per imitationem in quantum filius est imitator paternorum scelerum agentis similia quae vidit vel nouit patrem eisdem. Quod patet sic, peccatum actualiter patris non potest redundare in actu peccati filii, nisi quia eadem actio numero quae est patris sit ab ipso in filio, vel quia similis actio peccati quae praecessit in patre consequenter est in filio. Primum non potest esse, quia in creaturis actio manens in agente numeratur numeratione suppositori, pater autem & filius distinguuntur secundum suppositum, ergo impossibile est quod actio peccati eadem secundum numerum sit in patre & filio, saltem quoad actionem immanenter, in qua principalius constituit peccatum. Et idem est de actione transfeunte in materia exteriori salte quoad parvulum recenter natum, in quo non potest esse executio talis actionis. Relinquitur ergo quod peccatum patris non potest redundare in actu peccati filii, nisi quia talis actio peccati quae praecessit in patre tantum in exemplari consequenter est in filio imitante scelus paternum, & hoc habet locum solum in adultis. Si vero peccatum patris dicatur redundare in filio quo ad culpam originalem, sic tendetur est quod nullum peccatum proximum parentum, vel etiam primi parentis prius sicut primum peccatum traducitur seu deriuatur ad filios.

6. Ad cuius evidentiā attendendum est si peccatum originale sit id quod reatus, sive non, num tamen est sine reato. Et ideo ad sciendū an peccata quorūcunque parentum transfeantur in filios per originē, videndum est qualiter redundent in eos quoad penā & reatum peccata. Est autem duplex pena, scilicet sensus & damni, pena sensus cōsistit in vera passione quae est ex preceptione alicuius Iesu, pena vero damni in carentia alicuius boni superadditi.

7. Quod primā penā filius non est reus peccati patris, nec iustè punitur pro patre. Cuius ratio est, quia non cōmunicant in actione non debent cōmunicare in passione correspondente. Sed pater & filius (ut supponimus) non cōmunicant in actione culpe, ergo non debent cōmunicare in passione correspondente, sed penā sensus cōsistit in vera passione, ergo &c. Et ideo si pater procula sua cruciat, mutilatur, vel fūgitatur, nihil horum debet pari filius adulst vel parvulus. Si vero loquamus de pena damni, adhuc talis est duplex, quia vel rale datum cōsistit in pūnitione boni habiti, ut cū aliquis priuat hereditate iam habita, aut in amissione boni nondum habiti, sed tamen debiti haberi. Primo modo peccatum patris non redundat in filio. Cuius ratio est, quia in eo non debet filius puniri pro patre in quo est omnino distinctus à patre, quād enim aliud redundat de vno in aliū, hoc est ratione alicuius vniuersitatis, sed in perfectione habita filius est omnino distinctus à patre, ergo &c. Et ideo si pater procula sua exheredaretur filius emancipatus non debet exheredari. Et eodem modo si Adam genuisset filium antequam peccasset filius ille per sequēs peccatum Adam non amiserit iustitiam originalem, nec cōsequētia ad ipsam, quae autē dictum est quod talis pena non debetur filio pro peccato parentū intelligendum est de pena, prout ipsa est vindicatio culpe, quia inquantū ipsa est medicina praebens exemplum aliis, seu cautelam contra reciduum, sic quandoq; insigtitur filio pro peccato patris.

8. Si autē loquamus de pena damni quae cōsistit in amissione boni debiti haberi à filio, sed nondum habiti, se filius potest iustè puniri pro patre, vel magis in patre. Cuius ratio est, quia que sunt vnum, vno actū tolluntur. Sed respectu boni habiti à patre & non habiti à filio, sed tamē debiti haberi habere actū in patre & habere in potentia

Quæstio II.

187

in illo sunt vnum, quia propter hoc est debitū haberi à filio, quia est actū habiti à patre, vel factū vnu dependet ex altero, ergo ista simul & vno actū tolluntur. Et ideo cum pater ex culpa sua iustè priuat, eo quod habuit filius in patre priuatur eo quod ex patre habere debebat, & hoc modo priuato Adam per peccatum suum, ab eo quod accepérat pro le, & sua posteritate priuata est iustè tota posteritas.

9. Ex hoc patet propositum, scilicet quod peccata proximorum parentum, vel etiam primorum, scilicet Adæ & Evg (præter peccatum eorum primum) non redundant in filios, quantum ad originalem culpam, quia cui non est concepsum ut transmittat ad filios aliquod domini, talis peccando non potest transmittere ad eos defectum doni illius, sed nullum parentum proximorum, nec etiam ipsi Adam, postquam peccauit concepsum est aliquod donum in posteris transmittendum, sed solum hoc fuit concepsum primis parentibus anteq; peccarent, ergo nullus proximorum parentum peccando potest transmittere in posteris defectum alicunus domini, nec etiam parentes primi nisi per suum primum peccatum, per quod amiserunt donum supernaturale sibi collatum pro se & sua posteritate: peccatum autem originale est carentia alicuius doni dirigitis ad salutem cui debito habendi ipsum, & dignitate seu reatu carēdi eo, ergo peccatum originale non potest transfundī in posteris a proximis parentibus, vel remoris propter aliquod eori actuale peccatum, sed solum propter primum peccatum Adam.

10. Per hoc patet ad argumenta in contrarium, quia si fuisset proximis parentibus aliquod donum collatum pro se & posteritate si illud amiserint per peccatum suum transmisissent in posteris illius doni defectum.

QVÆSTIO SECUNDA.

Vt si peccatum originale in vno quoque sit vnu, an plura.

Thom. I. 2. q. 82. ar. 2.

D Einde queritur, utrum peccatum originale in uno quoque sit vnu, an plura. Et videtur quod sint plura, quia vnu non inclinat nisi ad vnu, sed per peccatum originale inclinatur ad multa, quia per plura vna quae potencia inordinata fertur ad suum obiectum, erat &c.

2. Item pena correspondet culpæ, sed peccati originales sunt plures penes, scilicet mortalitas, passibilitas, & luxusmodi, ergo &c.

3. IN CONTRARIUM est, quia plura eiusdem species non possunt esse in eodem subiecto (vt pater ex. 5. Mer.) Sed omnia peccata originalia sunt eiusdem speciei, ergo non possunt esse nisi vnu in uno.

4. RESPONSO. Sieut apparet ex precedentibus peccatum originale includit reatum, seu debitum habendi iustitiam originalem quia quis iustè caret, est autem iustitia reum alicuius penae seu carentis alicuius boni proueni ex aliqua culpa secundum cuius unitatem vel pluralitatem reatum debet dici plures vel vnu. Cum igitur culpa ex qua sumus iustè caret iustitia originali fuerit vna, videlicet peccatum primum primi parentis, patet quod iste reatus seu debitū caret iustitia originali sit in uno quoque tantum vnu, quantum est ex parte culpe ex qua sumus rei. Quantum autem est ex parte subiecti, hoc est ex parte hominis qui dicitur reus, oportet reatum esse vnu, ex quo est ex uno, & in uno, quia sicut argubatur, in uno subiecto non sunt plura accidentia eiusdem speciei differentia soli numero, ex parte autem penae, cuius aliquis reus est non oportet multiplicari reatum, quia iustè aliquis reus est plurimi penarū ex uno delicto maxime quantum ad penas damni, sicut scriptum est, qui in uno peccauerit, multa bona perdet.

5. Ad primum arg. dicendum quod vnu non inclinat nisi ad vnu per se & directe, sed vnu potest inclinare ad multa, tantum remouens prohibens, sicut cum eadem columnam impedit grave superpositum ne descendat, & leue superpositum ne aescendat, remouens columnam facit leue ascendere, & graue descendere, eodem modo peccatum originale tollens gratias à voluntate, & per consequens rectitudinem virtutum inferiorum ad rationem inclinat ad multa per modum remouentis prohibens.

6. Ad secundum dicendum quod penā & si correspondat cuius secundum iustitiam estimationē dei insigntis

AA 3 ponamus